

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Foedera. Emblema X.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

## Fœdera.

Ad Maximilianum Mediolani Ducera.

## EMBLEMA X.



**H**ANC citharam, à lembi qua forma balicutica fertur,  
 Vendicat & propriam Musa Latina sibi,  
 Accipe Dux: placeat nostrum hoc tibi tempore munus,  
 Quo nova cum socijs fœdera inire paras.  
 Difficile est, nisi docto homini, tot tendere chordas:  
 Vnaq; si fueris non bene tenta fides,  
 Ruptave (quod facile est) perit omnis gratia concha,  
 Illeq; præcellens cantus, ineptus erit.  
 Sic Itali cœunt procures in fœdera: concors  
 Nil est quod timeas, si tibi conslet amor.  
 At si aliquis desciscat (vix plerumque videmus)  
 In nihilum illa omnis soluitur harmonia.

COM-

COMMENTARI I.

1. **EXPRIMITVR** instrumentum illud musicum, Italis *Luto*, Germanis *Laut*, dictum, omnibus suis fidibus instructum, iuxta quod libellus cernitur apertus, notulis musicis exaratus, ad designandam harmoniam, quæ in chordis Lutinae ex arte requiritur.

**II.** **MITTIT** hoc Emblemata ad Maximilianum Ducem Mediolani, Ludouici filium, quo principi suo indicat, quanta vis concordia sit, sumpta comparatione à lyrae temperato, aut confuso concentu: ea enim constans ex sumis, medijs, & infimis chordis concinnam reddit harmoniam, si tamè eam vir artis peritus aptauerit. Eodem quoque pacto Respublica omnis variae ac diuersae conditionis hominibus composita, firma & concordia pace ligatur, si modo Principem habuerit idoneum, qui & consilio, & usu rerum valeat, quiq; benevolentiam, assensum, & communis pacis vinculum inter ciues fouere norit. Ea ratione praè alijs quorquor vsquam fuere ab omni laeculorum memoria, terrarum Dea gentiumq; Roma perstitit, quandiu Principes habuit pacis & tranquillitatis studiosos, eosdemq; auctoritate dignitateq; commendabiles. Cicero de Republica disputans, inducit Scipionem eum, qui Carthaginem deleuit, de Republ. verba faceret, quando iam iamque peritura praesentebatur. Cum enim Scipio in 2. lib. sine dixisset, vt in fidibus ac tibijs, atque canu ipso ac vocibus, concentum esse quendam tenendum ex distinctis sonis, quem immutatam ac discrepantem aures eruditae ferre non possunt, eumque concentum ex dissimillarum vocum moderatione concordem tamen effici & congruentem: sic ex summis, & medijs, & infimis interiectis ordinibus, vt sonis, moderata ratione ciuitatem consensu dissimillimorum concinere: & quæ harmonia à musicis dicitur in cantu, eam esse in ciuitate concordiam, arctissimum atque optimum omni in Republica vinculum incolumitatis, quæ sine iustitia esse non potest: quod à Cicerone petiti cõstat d. 4. De republ. Plar. cuius hæc verba:

ὁρᾶς οὖν ἢν δ' ἰδῷς ἔτι ἐπιεικῶς ἡμᾶν τευόμεθα ἄρτι; ὡς ἀρμονία τινὴ ἢ συμφροσύνῃ ὁμοιωταί; τί δ' ἢ ὅτι ἐχ' ὁσπέρ ἢ ἀνδρεία; ἢ σοφία; ἢ μέτριον ἢ κατὰ

ἰσῶσα ἢ μὴ σοφὸν, ἢ δ' ἀνδρείαν τὴν πόλιν πανείχετο, ἐχ' ὅσα τὴν πόλιν ποιεῖ αὐτὴ, ἀλλὰ δὲ ὅλης ἀτεχνῶς τίταται διαπάσῶν παρεζυμνὴ ξυνάδοντας τὰς τὴ ἀσθενεσάτους ταυτῶν, καὶ τὴ ἰσχυρὰ τᾶτες, καὶ τὸς μίσος, εἰ μὴν βάλει φρονήσει, εἰδὲ βάλει ἰσχυρεῖ. εἰ δὲ πλῆθει ἢ γρήμασιν, ἢ ἄλλῃ οὐ φροσύ τῶν τοιούτων. ὡς δὲ δότατ' ἀνθώμεν ταύτην τὴν ὁμόνοιαν σωφροσύνην εἶναι χείρονός τε καὶ ἀμείνονος καὶ φροσύνῃ συμφωνίαν, ὁπότερον δὲ ἄρχην καὶ ἐν πόλει καὶ ἐν ἰσῶσῃ. Hæc ex Cicer. lib. de republ. retulit D. August. lib. 2. cap. 21. De ciuit. Dei.

Sed hoc loco non erit alienum, si admoneam Romanos veteres per Lyrae Hieroglyphicum concordiam designasse, vt veteres alij iudicium compositum, concordiam in equalium, rectam bonamq; institutionem, rationem, amorem, sedatum animum, & alia plura, vt commodius ad concordiam suadendam symbolam ab Alciano minimè excogitari potuisset. Videtur autem sumpta comparatio ex Oro Apollinae Niliaco de litepis Hieroglyphicis, in fine operis, cuius verba sunt: Ἄνθρωπον συνεχέα καὶ ἰσχυρὸν βυλόμενοι σημαίνει λύμαρ ζωγραφεῖσι. αὐτὴ γὰρ συνεχέα ἐν φυλάττει τῶν ἰσῶν κρεσμάτων. id est: *Hominem coniunctum et unitiuium (ve sic dicam) significare volentes Aegyptij, lyram pingebant. Hæc enim continuitatem propriarum seruias pulsationum. In lyra enim diuersæ chordæ simul componuntur, & ad eundem tonum temperantur: quod prudens, & sedatus homo præstat vel in suis affectibus rationi subiiciendis, vel in œconomia moderanda, vel deniq; gubernatione Reipublicæ in quibus homines varij ac diuersi, cum singuli sint, non possunt nõ habere singulas de rebus opiniones: sed sapientis tamen Principis moderatione in vnum quasi harmoniæ concentum conueniunt. Isidorus quidem Cynicus meritò Neronem increpabat, quod eum Musicæ arti operam daret, Nauplij mala bene caneret, sua verò bona malè disponderet, neque sibi vllum in vita concentum proponeret. Et Diogenes Musicos stultitiæ arguebat, qui lyrae chordas optimè iuxta suæ artis leges compararent, animum verò minimè componerent. Idem videns quendam parum cordatum*

Quid per lyram veteres intellexerint.

Reipubl. cum Lyra comparatio.

Locus insignis d. 2. de Republ. Cicero nis.

aparte

aptare psalterium: Non erabescis, inquit, qui sonos ligno apres, animum ad vitā non componas; Ea quidem ratio fuit, cur Plato animum harmoniæ & concentus nomine appellarit: & Aristophanes sapientem hominem & Gratijs ornatum, optimum Musicum & citharædum esse. Nam idem Plato putavit Musarum nomen à *μῦση*, quod sonat idem ac honestè instituere. Sed & Getæ, populus ille Thraciæ iuxta Hungariam, hoc idem significare volentes, citharas sumunt, easq; pulsantes, legationes de consocianda pace faciunt, vt refert ex Theopompo Athenæus lib. Dipnosophist. 14. At seposita paulum lira, mox resumentia, audiamus citharam.

III. *HANC citharam* ] Cithara est musicū instrumentum in triquetram figuram cōpositum, plus viginti chordis apertum, vulgò Harpa. In qua significatione vsus est Henricus Galeranus diligens antiquitatis scrutator in sua Musica. Hic tamen citharam pro testudine, quæ vulgò est Lupina, accipit, cuius inuentionem Mercurio tribuunt. Homerus in Hymno Mercurij:

Ερμῆς σοὶ πρῶτις ἀλὺν τετυήνατ' αἰδῶν.

Mercurius prior ipse chelyn facit arte canentem.

*Lembus.* *A lembi forma* ] quæ formam habet lembi, nauiculae brevis & celerissima, cuius inuentionem Cyrenensis tribuit Plinius lib. 7. Vide Lazarū Bayssium, de re nauali.

*Halieutica scapha* ] Id est, piscatoria, propter similitudinem, quam habet cum scapha piscatoria. Hinc Halieutici opus, in quo de piscibus tractatur: ἀλιεύς enim piscatorem sonat, & ἀλιεύω, piscor. Halieuticon opusculum scripsit Ouidius, quid tamen plerique viri docti Luciano tribuunt, Lilius Gregorius in opusculo de nauigijs sic ait: Halias est nauis maritima, apud Græcos notissima, ab ipso, vt liquet, mari appellata, scapha scilicet. Sunt qui eandem cum piscatoria faciāt, hoc est, ἀλιεῦτιζόν πλοῖον, eerte & à nostris piscatoribus dicitur. In hoc genere reponuntur cymbæ, scaphæ, horiæ, lenunculi, &c. De Halieuticis quædam habet Plinius, lib. 32. cap. 2. Existimo autem hic fieri allusionem ex verbo Græco ad Tuscum, si quidem Tusci illud instrumentum vocant Liuto, veluti à Græco ἀλίεω, deriuantes. Pignorijs iudicat Italos vocare citharam

Liuto, non modò à forma, sed etiam à nomine Lembi, quem Ligures etiam nunc Leudo, siue Leuto appellant. Hinc falsus videtur Volaterranus in etymo, qui lib. 35. Philologiæ hæc habet: Leutum vocant fortasse a leuore, & loco plectri penna percussur. In quo excelluit Petrus Bonus Ferrariensis. Pulsatur & digitis, inuento nostra ætate Stephani Hispani aulici Ferdinandi Sicilia Regis, excellentissimi Lyristæ. Antonius etiam Rota Parauinus (vt scribit Scardeouijs) pulsando Liutum, in Italia, eruditorum iudicio, vix parem habuit.

*Vendicat & propriam, &c.* ] Vendicat Lyra sibi propriam quæritimus, inuentionem tamen Græcis debet. Sed tamen Italos id sibi vendicare suspicor, quòd apud eos lyra vsus sit frequens habitus. Non erit incommodum repetere, quæ de Musicæ prima inuentione collegit Polydorus Virgil. lib. 1. cap. 15. Quapropter inquit Alciatus: Hoc instrumentum, cuius Itali sunt inuectores (malim perfectores) ad remitto, & non aliud, quia Itali Principes coeunt in fœdera.

*Accipe Dux.* ] Ausculta, quid hoc symbolo velim.

*Nostrum munus.* ] Monitum, consilium. *Quo noua, &c.* ] Historias Italicorum bellorum & fœderum tibi compares ex Guicciardino, & alijs permultis. P. Iouius lib. 15. Historiarum: Interea Maximilianus Sfortia, quum crebris rumoribus afferretur, maximum in Gallia exercitum cōparari, & Regem ipsum belli Ducem, superatis Alpibus in Italiam primo quoque tempore descensurum, commeatu, arma, equos, tormenta, atque omnis generis præsidia summo studio parare, pecunias singulis vrbibus imperare, munire arces, & Heluetios, cæterosq; socios Principes per legatos obnixè precari, ne se in tanto rerum discrimine deserere vellent.

*Cum socijs.* ] Socius dicitur, qui pari consilio, spe & periculo rem aliquam cum altero aggreditur. Sic Romani socios appellabant, quos ita fœdere coniunctos habebant, vt belli & pacis essent participes. Sic quoq; inter negotiatores socij dicitur, qui lucri damniq; cōmunionem inierunt. Cic. pro Q. Rolo. Qui socium fallit, in virorum bonorum numero non habendus. *Fœdera inire.* ] Pacta & fœdera tribus mo

Fœdera  
tribus mo-  
dis inita.

dis comperimus veteres sancire cōsueuif-  
se: verbis, vt iureiurando: Factis, vt ma-  
statis victimis: manibus, vt his fidem ob-  
stringerent. Vnde tria apud eos erant rup-  
ti fœderis crimina: periurij, atæ violatæ,  
& fractæ fidei.

Difficile est, nisi docto, &c. ] Immò dif-  
filius est imperio Principi tenere imperi-  
um, totq; hominum formis moderari. Ideo  
Perius, Sat. 4. Neronem increpat. Et  
Stratonicus citharædus Regi Ptolemæo  
pertinacius secum de arte canendi disputa-  
nti respondit: Ἐτερον ἴσιν, ὡ βασιλεὺς  
σὺ κίθαρρον; ἔτερον δὲ πλῆκτρον. id est:

Aliud est, ὃ Rex sceptrum, aliud plectrum,  
Vnaque si fuerit non bene tenta fides. ]  
Nisi coercantur improbi & scelerati: Id  
enim omne ἀλλήγορικὸς accipiendum. Fi-  
des autem (inquit Sextus Pōpeius lib. 6.)  
genus citharæ, sic dictæ, quod tantam in-  
ter se chordæ eius, quantum inter homi-  
nes fides concordet. Virg. 6. Æneid.

Threijcia fretus citharâ, si dibulij; canoris.  
Non tamē temere reperias numero sin-  
gulari, nisi apud Poetas, eius diminutium  
est, fiducula.

Ruptaue ] Si intereat, aut etiam è me-  
dio tollatur aliquis partix necessarius ci-  
uis. Addam hoc loco illud pro Alciato; vi-  
deo enim eam posse reprehendi, quod sen-  
tentiam à sine Pentametri vsq; ad partem  
sequentis Hexametri protraxerit in illis  
verbis:

Vnaq; si fuerit non bene tenta fides,  
Ruptaue.

Quod idem in primo disticho fecit, vbi  
principium primi Hexametri reddendum  
est principio Hexametri sequentis inter-  
cedente Pentametro. Sed facile Alciatum  
nostrum excusare possumus. præterquam  
enim quod hoc apud Græcos sit frequen-  
tissimum, Latinorum quoq; testimonio  
defenditur. Ouidius. 1. Pastor.

Viq; dies incertis sacris, sic tempore certo,  
Seminihus: incertis est vbi factus ager.

Scate coronati plenum ad præsepe iuuenti.  
Idem lib. 2. Pastor.

Fortè fuit Nais Lar nomine: prima sed illi  
Dicta bis antiquum syllaba nomen erat  
Ex vitio positum.

Quod idem etiam apud Horatium in  
Strophis Sapphici, obseruare licet. lib. 1.  
Carm. Ode 1.

Neue te nostris vitij iniquum

Ocyor auva

Tollat.

Idem lib. 2. Ode 16.

Mugiant vacca, tibi collit himiteum.

Apta quadrigis equa; te bis Afro

Murice tineta

Vestiant lana.

Perit omnis gratia, ] Conventus, deco-  
ram, suauitas, Allegoricè, Reipub. mo-  
dus & pulchritudo abit in nihilum.

Concha ] Lyre, testudinis. Ex con-  
cha enim lyram primus construxit Mer-  
curius, vt refert Lucianus in dialogo A-  
pollinis & Vulcani, siquidem cum testa-  
diuem mortuam ad ripas Nili inuenisset,  
brachia adaptauit, ac iugum induxit, cala-  
mos postea agglutinans, ac fundo quodam  
subiecto, nouem deinde chordas super ca-  
lamis, tanquam anulis intendens, iucun-  
dum quid modulatus est.

Sic Itali proceres. ] Principes, primores  
Italiæ.

Est procerum verè procerum corpus habere.

Coire in fœdera ] Nota synonyma.  
Coire in fœdera, antè, Fœdera inire: Dici-  
tur etiam Ferire fœdera. Cicero pro domo  
sua: Fœdera feriebantur pecuniarū, Virg.

--- Haud sit mora, Tharcon

Iungit opes, fœdasq; ferit.

Nil est quod timeas, si tibi cõstet auxilij. ]  
Diosis admodum efficax, planèque ijs ne-  
cessaria, qui suum imperium volunt esse  
stabile & permāns. Sic Isocr. ad Nicocleē:  
εὐλαχὴν σὸ φάλαξ ἀτὴν ἢ γὰρ σώματος  
εἶτε τὴν τε τῶν φίλων ἀρετὴν, καὶ τὴν ἐξ  
πολιτῶν εὐνοίαν, καὶ τὴν σωτῆρὸς ἰσχυρίαν.  
διὰ γὰρ τῶτων καὶ κτὰ δαίμων καὶ διατάξεν  
τὰς τυραννίδας μάχης ἀγῆτις δύναται.  
Et Claudian.

Non sic excubiæ, non circumsstantia pila,  
Vt tutatur amor,

At si aliquis desciscat ] Discordet, de-  
ficient, si aliquis factiones conceitet, aut se  
desertorum præbeat.

Vti plerumq; videmus. ] Vix enim vlla  
tam sancta societatis, quæ non habeat suū  
Iudam.

In nihilum soluitur ] Antea dixerat,  
Perit omnis gratia.

Harmonia. ] Fidum concordia & con-  
centus, ab ἀρμόζω, compro: Plutarchus  
in libello de vita Homeri, explanans  
allegoricè Martis & Veneris adulte-  
rium, sic concludit: Hinc fiet planam,  
quod

Testudo  
quomodo  
inuenta.

Fides.

Excusa-  
tio Anto-  
ris.

quod & ab alijs poetis dictum est, ex Martis atq; Veneris concubitu uatam esse Harmoniam, ex contrarijs uidelicet, graui & acuto, pugnantibus inter se proportionem debita siue apta. De Harmonia uide Natalem Comitem Mythol.lib.9.cap.4. Fab.c.10.lib.1.Instit.Orator.& Macrob.1.Satur.cap.6.Laudatur Iustiniano, Nouel la constit.8.καλλιτεχνη συμφωνος των τε αρχοντων τε των αρχιμων αρμονια. qua soluta sequitur αταξια & perturbatio omnium Reipub.ordinum.

IV.

SED audiamus nunc, quamnam documenta lyra nobis cum suo concentu præbeat.

1. Inter ceteras huius symboli significationes, mihi placet admodum ea, qua ratio, qua mens, qua iudicium, & recti perspicacia intelligitur. Sic enim plerique optimi scriptores.(inter quos principatum quendam sibi suo iure Cicero uendicat) concordiam à corde desectunt: cor enim animus uidetur, eò quòd in corde sit animi principatus: unde concordēs, uercores, & ex cordes denominantur. Alij concordiam à chorda deriuari malunt, quòd uaria chordæ cantum unum faciant. Iam uerò quia studiorum consensus atq; similitudo amorem pariat, Platoni lyra consecratur, & annumeratur inter ea, quæ sūt amoris monumenta. Cùm enim in se lyra suauitatem Musicam contineat, non malè uidetur habere quandam cum Venere, Amore, Gratij similitudinem: quippe quæ blando ad se homines illicio petrabat. Ceterum ea sedati animi iucunda grataque imago, imò uerò laborum, studiorum & perturbationum dulce lenimen, bellè fuit institutis Lacedæmoniorū expressa, apud quos erat solenne, ut ad lyræ, aut tibæ, ut alij uolunt, sonum aciem instruerent: & Achilles non alias ratione furibundum animum sedabat, quàm lyræ modulis, ut placidè mihi Hieroglyphicum istud mirabile esse uideatur.

Concordia unde dicitur.

2. Huc libens conferrem, quæ de lyra retulit Stobæus ex Eui yphamo Pythagoreo, cap. περι ιουδαμουριας. quo loco humanam uitam cum lyra nou inconcinne confert. Sed ne longior sim æquo, lectorem ad Pierium ablego, Hieroglyph. lib. 47. qui hac de re abundè suppeditat.

3. Addo huc, quæ Diogenes Pythagoreus disputat apud eundem Stobæum, cap. περι

ει βασιλειος, Regis esse munus ut Rempubl. lyre instar moderetur: uempe, ubi prius sibi ipsi imperarit ex præscripto legis: quippe qui nosse debeat populi, quem sibi commissum habeat harmoniam & concentum, ad eam legem sibi accommodandam esse.

4. Discant præterea hinc Principes, qua ratione amore potiùs & beneuolentia subditos gubernare, quàm uis & armis debeant; siquidem constans pax, indubitata fides, prompta obedientia, non alia clau melius ad harmoniam redit, quam amore. Præclare Agesilaus, cum rogaretur cur Sparta non cingeretur mœnibus: ciues armatos, & inter se cõsentientes, satis esse ad uerbis præsidium, respondit. Dicebat etiam ciuitatem non saxis, aut uallis, sed incolarum uirtute muniti, quos nimirum si iungat concordia, nullus potest firmior esse murus. Ad id respexit Cicero 2. Philip. Nonne igitur milles perire est melius, quàm in sua ciuitate sine armorum præsidio non posse uiuere? Sed nullum est istud, mihi crede, præsidium: charitate & beneuolentia septum oportet esse, non armis. Plutarch in πολιτικοις παραγγιλιματι, nihil commendatius esse uiro ciuili ait, quam ut suos ciues amicitia mutua, concordiaque denunciat, litium & discordiarum occasionem omnem tollat. ληπτει δη τη πολιτικω μονον εν των υπκειμινων εργων, ο μηδενος ελαττον εστι των αγαθων, ειμνοιαν υποποιεν και φιλιαν προς αλληλους δει τοις συνοικουσι, ειδας διη διχοφροσυνας εν δυσμυειαν εξαρειν απασαν, &c. Nec uerò aspernanda uox est Agasicles, qui rogatus, qua ratione Princeps tutus haberi absque supatoribus & satellitio posset: Si subditis ita imperaret, ut pater liberis. Quid enim Pericandri uel Antigoni præclara huc responsa conferam? Horum enim alter dicebat, summa ope nitendum esse ijs, qui tutò regnare uellent, ut beneuolentia potiùs quàm armis suparentur: alter, amicis suadentibus, ut si Athenas caperet, firmis & ualidis eam præsidij muniret, rectissime dixit, nullum imperij firmius & stabilius esse præsidium, quàm ciuium beneuolentiam. Idemq; penè Synesius: εννοια μου μη εν μαλιστα βασιλικος εν εν γυρον φυλακτηριον. Nec uerò mihi temperate possum, quin adijciam istuc ex Arato Plutarch.

Optima Principis custodia amor.

ch. Veram ac stabilem civium benevolentiam, optimam esse Principis custodiam: *εὐδὴν δὴν ἀλὴνδερὴν ἔχει βασιλεὺς εὐνοία φιλανθρωπία ἀνδρῶν ἀρχόντων.* Grassatores enim & latrones sese tuantur præcipitijs & rupibus, quantum possunt: Regi autē nihil fide & benevolentia suorum firmitus aut munitius esse unquam potest. Polcher locus apud Plin. Panegyrico, vbi confert securitatem sub Traiano cum Domitiani meticulofo, & impoteati imperio: Quanto (ait) nunc tutior, quanto securior eadem domus, postquam eius non crudelitate, sed amoris excubij, non solitudine & claustris, sed civium celebritate defenditur? Et quid ergo? discimus experimento, fidelissimam esse custodiam principis, ipsius in-

nocentiam. Hæc atq; inaccessa, hoc impugnabile munimentū munimento non egerit. Frustrā se tetrore succinxerit, qui sepeus charitate non fuerit: armis enim arma iffricantur. Hæc Plinius grauitimè, ve fere omnia. Meminerā aliqui ex Volcacio Gallicano in Audio Caslio, bonos principes illefos: contra iure occisos tyranos ferre omnes, tradit Ælian. var. hist. Occurrebat illud principis cordati ex Plutarcho, regum Apophthegmatis: deuictis Græcis, cum quidam ipsi consulere, ve præsidij vires contineret: *Malim, inquit, diu benignus, quàm breui tempore dominus appellari.* id est, *μᾶλλον πολὺν χρόνον ἰδίαν χρῆσις, ἢ δεσπότης ὀλίγος καλεῖσθαι.* Sed hæc plusquam facis.

Silentium.

EMBLEM A XI.



**C**VM tacet, haud quicquam differt sapientibus amens: *Silentium est index linguæ, voxq; sua.*

E Ergo